

# LAELII MANCINI POLITIANI

In Augusta Patauina Sede Sacrarum  
Legum Interpretis Primarij

## DISQUISITIONVM GENIALIVM Et Anniuersariarum Iuris Disputationum CENTVRIÆ III.

Opus ingenij plenum, quod fucatas legum, & canonum interpretationes verita-  
tis luce diligenter expurgat. Veras, sed minus cultas, aut neglectas noua-  
rum rerum claritate, varietateque collustrat. Dissidentes ad hæc vsq;  
tempora Legumlatorum lites, & super his clamoras, ac valde  
turbidas Commentatorum altercationes in gratiam redigit.

Cum probatis Scribentium placitis ad vsum fori, vt eodem quasi speculo, &  
Theorice, & Practicæ rei definitiones, quisquis es, aut Professor, aut  
Advocatus, aut Iudex, statim valeat inueniri.



PATAVII, M. DC. XL.

Typis Pauli Frambotti Bibliopole. Sup. permisso.



ILLVSTRISS. EQVITIS, ET COMMENDATORIS  
HIEROSOLYMITANAE INCLITAE RELIGIONIS  
FR. FRANCISCI MANCINI  
POLITIANI

NOMEN GRATA RECORDATIONE PROSEQVITVR

Lælius Mancinus Nepos.



Vam probe illud?

*Haud facile emergunt, quorū virtutibus obstat  
Res angusta domi.....*

Profusa aui liberalitas genitorem æris  
alieni fecit hæredem, meque, & fra-  
tres in spem alteram nuncupavit ca-  
lamitatis, & miseræ. Enimuero, si stetisset De-  
cemviralis lex, an non trans Tyberim peregre?  
Adfuit Vindex assiduus oberatę domui Iacobus  
Eques frater tuus, quem tunc sustulit Sicarius, cum  
expeditionem paranti in Belgas SPINVLAE  
operam dabat, factus iam consors immortalitatis.  
In te frater viuit, virtus, meritum, amor, gratia.  
Qui itaque opus hoc meum inspecturi sunt, si quid  
in eo sit boni, statuam tecum oportet, non mihi,  
sed ei, quem refers, tibi que præterea referendum  
esse acceptum. Vale.

I 2

# LAELII MANCINI POLITIANI GENIALIVM, &c. CENTVRIA PRIMA.

De Iure publico ad sensum Vlp. in l. 1. §. huius  
studij. ff. de Iust. & Iure. Cap. 1.

- 1 Publicum ius quod. 3.
- 2 Species eiusdem.
- 4 Status, regimen, & respub. idem; & quid Ciuitas?
- 5 Forma Ciuitatis, quæ.
- 6 Aliud Respub. aliud Ciuitas.
- 7 Ius publicum omisum in Instit. & cur.
- 8 De publico, & priuato Iure nostrorum placita.

1 **P**ublicum ius est, quod ad statum rei Romanæ spectat, pri-  
uatum, quod ad singulorum utilitatem; sunt enim quæ-  
dam publice utilia, quedam priuatim. Publicum ius in  
sacris, in Sacerdotibus, in Magistratibus consistit. Ita Vlp.  
2 Species Iuris publici longe plures numerat Vult. quod  
tamen in sacris, Sacerdotibus, & Magistratibus plane  
consistere Vlpianus docet. Cur ita?

Refert, quo pacto intelligas, ius publicum illud esse, quod  
ad statum rei Romanæ spectat. Hopper. § sic explicat.  
Quemadmodum in corpore aliæ sunt egritudines, quæ totum  
corpus afficiunt, ut febris, aliæ, quæ partem aliquam, ut